



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**In Amos, Abdiam, Et Ionam Prophetas, Commentarij
Francisci Lamberti Auenionensis**

Lambert, François

Argentorati, 1525

VD16 B 3868

An toti Ionæ historiæ congruat Allegoria. Capvt I.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35983

FRANCI-

~~SCI LAMBERTI AVENIO~~
~~NENSIS, IN IONAE~~
*historiam, Allegorie, in pro
 pria capita distinctae.*

An toti Ione historie congruat Allegoria.

C A P V T I.



Nutili, et cassō,
 mo et pernicio
 si labore nonnul
 li fatigātur, quo
 ingulas historie
 Ionee particulas,
 transferāt in al
 legorias. Non e
 num typum Do
 mini gesit in o
 mnibus, qui po
 tius in multis di
 uersa penitus ab eo Christus fecit. **N**imirum Ionas, Dei
 imperio mox adquiescere noluit, **C**hristus autem humili
 R. 2 aut semet-

FRANC. LAMB. IN IONAM

auit semetipsum, factus obediens usq; ad mortem, mortem
autem crucis Philip. 2. Ionas timuit, & quantum potuit,
uitauit, ne resipiscerentib. Niniuitis, & per id post dies qua
draginta, Deo miserante neutquam eueris, pro pseudo-
propheta haberetur, Christus uero uoluit pro nobis trade
re in mortem animam suam, & inter sceleratos haberi. Io
nas erat facilis, uel ad immoderatum gaudium, uel ad
effrenatam tristitiam, Christus nunquam uisus est ridere,
flere autem sic, uerum non nisi in sapientia & spiritus iu-
dicio. Ionas & facile & male irascitur, Christi ira san-
cta, & semper ueneranda fuit: ionam Deus reprehendit
apertissime, Christum autem minime: quin potius de eo
summus ipse pater aliquoties dixit: **Nic** est filius meus di-
lectus, in quo mihi bene complacuit, ipsum audite. Mat. 3.
Mar. 1. & Luc. 3. Ionas sedit sub hedera ante Niniue, cu-
piens uidere excidium urbis, contrà Dominus praeuidens
ante Hierosolymam ciuitatis euersem, fleuit super eam.
Luc. 15. Ionam adflicxit & percussit Deus, uoluitq; eum
projici in mare, ac uorari à ceto, at Christus non propter
se, sed propter nostras iniquitates uulneratus est. Disci-
plina pacis nostraræ super eum, & liuore eius sanati sumus.
Esa. 53. Vnde & de ipso Pater ait: Propter scelus populi
mei percussi eum; Propter ionam missa & orta est tem-
pestas in mare, ita ut omnes qui erant in mari periclitaren-
tur, propter Christum uero orta est nobis ueritatis lux,
gratia Dei, iustitia, & abundantia pacis. Ioan. 1 & Psal-
mo

MO. 72. **I**onas fuit sorte deprehensus in culpa, **C**hristus peccatum non fecit, nec inuictus fuit dolus in ore eius. 1. Pet. 2.
Vide ergo quā uerum sit, quod **I**onas non posset esse in omnibus figura **C**hristi: ueruntamē id certissimum, quod illius in multis fuerit typus, sicut in sequentibus Deo propitiō palam fiet.

De nomine Prophete, & quod **C**hristus
fuerit **I**onas.

C A P V T II.

Igitur, primum **I**onas ex suo nomine, **C**hristi figura extitit. **I**onas enim, columbus uel columba interpretatur. **D**iximus autem et probauimus in **S**olomonis **Canticis**, cap. 6. Ecclesiam spōsam **C**hristi, columbam dici, eo quod spiritu sancto, qui per columbam significatur, plena sit. **Q**uia autem hec eius plenitudo, non nisi à **C**hristo procedit, nimis de eius plenitudine omnes accepimus. **I**oan. 1. ipse etiam **C**hristus, spiritu columbino plenissimus, columbe appellatione significatur. **A** **C**hristo igitur columbo, habet Ecclesia, quod sit columba, sicut et ab eo, iusto, sancto, uero, impolluto, herede patris, omniumq; **D**omino, habet ut ex fide in eum, sit iusta, sancta, uera, impolluta, hōres **D**ei, ac mundi **D**omina. **S**iquidem propter eam **D**eus mundum creauit. **E**t quemadmodum ab eo, quod **C**hristus, **S**olomon,

R. 3. lomon,